



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXVI. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXVI. DIE IVNII.

IOANNES FERNANDFZ COADIUT.

P. IOANNES GEORGIVS VOGLERIUS.

Hispanus Firandi. 16. Iunij 1587.

Patientia.

Fides.

B. V.

S Ancti Francisci Xauerij in Iaponia Socius fuit; magni ab illo habitus, & multis ad fidem adductis illustris. Amanguccij vir grauis iili concionanti aderat, vt exploderet, qua dicebat; Verum cum istic procax quispian in Ioannis os phlegma foede expuisset, ac Ioannes modesto silentio rem dissimulans, os strophio absterfisset, ac dicere ad Populum perrexisset, illa facti excelitate aded permotus est vir ille grauis, vt ad Ioannis pedes abiectus primus baptismum perierit. Inde plures, pluresque conuersi. Firandi B. V. sine macula concepta templum extruxit. Sacerdotes in summa habebat reuerentia; coram illis nunquam, nisi iussu illorum locutus.

S Augustinus illi familiaris erat, S. alenda priuata pietati; pro concione, Chrysostomus. Humilitate, ac dicendi vi excellens; ac haereticis vt formidini, sic & odio fuit; Hagenae potissimum, vbi nata haereticorum de illo fabula illum illustriorem fecit, & Hagenoam reuertit coegit. cum alio abijisset confinxerant de illo alid auocato haeretici, vt solent esse ad mentiendum valde prompti, & gliscebat fama in vulgus ab illis late sparsa, Voglerium ab infernate genio esse obsessum, catenis domi alligatum fuisse, tandem denique abreptum euauuisse. At vbi Voglerius comparuit, pudit illos mendacij ram luculenti, atque calumniae. Rebus afflictis leuamentum a Beatissima Virginis, & sancti Iosephi, qua patrocinio, qua exemplo petebat. Vnde, & librum scripsit; inscriptaque fontem consolationis; qui est MARLA, & IOSEPH pro omnibus afflictis.

Germanus Heribopolis Iunij 1625 Aet. 40. Soc. 17.

Hispanus in Am. 27. Iunij

Oratio.

Fides.

S. V.

Gallus Gallie Iunij 1625 Aet. 35. Soc.

XXVII. DIE